



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 157. Sanctæ Franciscæ Romanæ obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Gallia, quibus ad excolendam artem sub- Sæcul. XV.  
sidia præbebant Sorbonæ Doctores; a- A.C. 1440.  
lli ad ipsos Anglos hanc suam scientiam  
detulerunt. Vix ulla spectabilis Germa-  
niæ numerabatur civitas, ubi typogra-  
phiæ officina desiderabatur, quapropter  
exiguo admodum tempore literaria Res-  
publica infinitis propemodum locupleta-  
ta est libris, tam materiarum ubertate,  
quam sermonis elegantia præstantissimis,  
quos classici præcipue Auctores ipsa anti-  
quitate celebres conscripserunt, quarum e-  
ditionum beneficio potissimum sermonis  
latini puritas revocata, & tandem retro-  
storum sæculorum barbaries ab Athenæis  
penitus exulare jussa est.

### §. CLVII.

#### *Sanctæ Franciscæ obitus.*

Ad hunc annum refertur obitus Sanctæ Baillet. *Vit.*  
Franciscæ Romanæ, nobilis Matro- *Sanc.*  
næ piis operibus clarissima non sine san- *9. Mart.*  
ctitatis fama beato fine quievit, anno æ-  
tatis suæ quinquagesimo sexto in Domo  
Oblatarum Ordinis S. Benedicti in Con-  
gregazione Montis Oliveti, quam ipsamet  
vivente adhucdum Marito suo instituit,  
dotavitque. Vix e vivis exceperat, &  
jam de ejus Canonizatione agebatur;  
instantius vero, atque iteratis precibus  
Nicolaus V. Eugenii Pontificis Successor,

Kr 2

ut

Sæcul. XV. ut eam Cælitum fastis adscriberet, rogo  
A.C. 1440. batur; quæ tamen res usque ad Pauli  
tempora differebatur. Hic vero die vi  
gesima nona Martii Anno Domini millesimo sexcentesimo octavo eandem San  
ctarum Virginum albo inseruit, ac edita  
Bulla ejus festum die nona Martii celebrandum præcepit.

## §. CLVIII.

*Consilia Cardinalis Castillonei de  
ritu Ambrosiano commutando.*

Eodem anno vix non exeunte Castil-  
neus Cardinalis, Nobilis Mediolanen-  
sis, & Placentinus Episcopus, qui etiam  
Abbas erat Monasterii S. Ambrosii Medio-  
lanensis, animo constituit Officium Am-  
brosianum in hac urbe recitari solitum  
abrogare, & Romanum introducere;  
Hunc in finem primo illinc Monachos Ci-  
stercienses, qui in ejusdem Abbatia col-  
locati erant, ejecit, ac loco eorum Car-  
thusianos introduxit. Sed cum ea re  
Mediolanenses offensi, ad Ducem recur-  
rissent in graves effusi querelas, is Car-  
thusianos ex templo abire jussit, additis e-  
tiam minis, se monasterium eorum con-  
crematurum, si morem gerere detrecta-  
rent. His ergo parere compulsis, Ca-  
rdinalis, primis suis consiliis incassum ab-  
euntibus, aliam viam tentavit: atque a

Præ-